OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10177 page 1/5
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 847
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

V. *fol.* 72. Definitiones Logicae, Metaphyſicae et Ethicae in Tabellas redactae, levis momenti.

CCLX. ablatus a 9.

682 Cod. 847 Codex membraneus lat. Sec. minimum VII. Folior. nunc 115. 4. Formae pene quadrae, charactere magno quadrato elegantiſſimo, absque vocum diſtinctione, exaratus, rubricis notatus, adlatus olim ex Arce *Ambraſiana*, maximique pretii jam a *Lambecio* L. II. p. 799. edit. *Kollar. col.* 624. deſcriptus eſt, adjecto etiam gemino cum picturarum, tum literarum aeri inciſarum ſpecimine. Videtur ille porro ex duobus coaluiſſe; priora enim 7. *Folia*, quorum primum et ultimum Figuram Crucis a *Lambecio* exhibitam, ſextum graecam IV. *Evangeliorum* Inſcriptionem, reliqua, videlicet 2. 3. 4. et 5. *Canones* graecos *Harmonicos Euſebii* continent, manifeſte ad quendam ejusdem aetatis *Evangeliorum* graecorum *Codicem* pertinuere. Hallucinatus eſt igitur *Baudelotus*, dum T. II. *de Utilit. Itiner.* edit. *Rothomag.* 1727. p. 127. 8. ſcripſit: *C'eſt un Ouvrage de Ruffin ſur la Geneſe, qui a pluſieurs Titres Grecs;* nec una ratione hallucinatus; nam *Libri II. Rufini Aquilejenſis* Presb. qui ad an. 410. vitam produxit, tantum abeſt, ut totam *Geneſin* amplectantur, ut nonniſi in XII. *Patriarcharum Benedictiones Cap.* 49. contentas, quod omnes Eruditi norunt, commententur. Quare oculos intendere oportebat Ὀδοιπορον illum, ut multos alios ſui generis. Praeit jam in *Codice* hoſce *Libros* Epiſtola *Paulini* inſcripta: *Paulinus: Rufino: Fratri Sal.* Editio Operum *Rufini Pariſiis* a *Ren. Laur. De la Barre* 1580. f. curata, quae ſola ad manum eſt, interſerit: *Nolanus Epiſcopus*. Epiſtolae initium: *Uel Breuis Nobis Ab Unianimitate Tua Litterae Magno Refrigerio Sunt.* &c. *Fol.* 10. p. 2. ſuccedunt: *Reſcribta Ad Presbyterum Paulinum* (itaque nondum Epiſcopum) *De Judae Benedictionibus.* Initium: *Quanto Magis Ego Me Tibi Excuſo* &c. Graeca, quae in hoc reſponſo occurrunt, ſpiritibus et accentibus deſtituta ſunt et recte habent, niſi, quod H bis rediens priori vice per *h* exprimatur. *Fol.* 15. Incipit Expoſitio Benedictionis Judae: *Juda Te Conlaudent Fratres* &c. Finit: *Reuelata Facie Gloriam Domini Speculari.* *Fol.* 42. altera *Paulini* Epiſtola inſcripta: *Paulinus Fratri Salutem.* Initium: *Etſi Incertum Mihi Fecit Filius Cerealis* &c. Haec Epiſtola a verbis: *capeſſere commiſimus epiſtolam iſtam* &c. charactere paullo minore et compreſſiore, ſed tamen quadrato exarata eſt, una cum ſequente tota, quae inſcribitur: *Incipit Reſcribta Ad Eum. Rufinus Fratri Paulino Homini Dei*, et orditur: *Communem Quidem Filium Cerealem* &c. Finis ab Impreſſis diſcrepat; habet enim tantum: *aliis propinas.* —

2026-05-06

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10177 page 2/5
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 847
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Memor Mei Eſto: Gratia Plene Homo Dei. Fol. 44. p. 2. reſumitur magnus character ſub titulo: *Incipit Explanatio Benedictionis XII. Patriarchar.* Initium: *Sciendum Primo Eſt Quod In Singulis* &c. Deficit Codex in *Benedictionis Benjamin* his verbis: *Quod Ea Quae Mane Ef——.* Tria itaque aut ſummum quatuor Folia periere. Verum et alia multa non parum adroſa aut evanida ſunt. Interim tamen *Gentilotus* noſter laborioſam ſane totius Exempli cum Editione *ſupracit.* contentionem inſtituit, e cujus Variationum Elencho huc transfero, quae momenti alicujus videntur.

Editio.	Codex.
Epiſtola I. Paulini.	
Lin. 8. *etiamnum.*	*Etiam.*
9. 10. *peti iudicaſtis*	*Pati Indicaſtis.*
11. *actu noſtro.*	*Actu Veſtro.*
hilaritati.	*Hilaritatis.*
16. *deſideria mea.*	*Deſideriis Meis.*
21. *apprehenſo.*	*Adprehenſa.*
27. *fores.*	*Forem.*
32. *quis ſuus ſit pullus vel quis aſinæ pullus.*	*Qui Suus Sit Pullus Quaeue Aſina Uel Qui Aſinae Pullus.*
De Judae Benedictionibus.	
Pag. 1. *perquiris.*	*Proponis.*
Nusquam tamen adeſt nobis copia in apertos.	*Nusquam Tamen Conditus Adeſt Nobis Dicendi Curſus Nulla Copia In Apertos.*
voluerimus.	*Valuerimus.*
rucinnulos.	*Uncinulos.*
quibus nexibus.	*Cuius Nexibus.*
Pag. 2. *dicens donec ponam.*	*Dicens Sede A Dextris Meis Donec* &c. Lacuna in Codice; deeſt integrum folium.
A verbis: *in conſequentibus ſcriptum eſt*, usque ad verba: *ponetur quod de germine.*	
potentia beatorum	*Potentia Bellorum.*
non ſolum φυσικῶς verum etiam τεοπικῶς.	*Non Solum* Τεοπικως *Uerum Etiam* Φυσικως.
ſemine naturali Chriſtus	*Semine Naturali Naſcitur Chriſtus.*

2026-05-06

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10177 page 3/5
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 847
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

	Editio.	Codex.
Pag. 3.	*de femore ejus.*	*De Femoribus Eius.*
	exponet membra Chriſti eſſe ſine dubio ſpiritualiter intelligenda, quæ Apoſtolus dicit populum fidelium.	*Exponet Membra Chriſti eſſe dicit Apoſtolus fidelium populum ſine dubio ſpiritaliter intellegenda.*
	Seminis iudicium.	*Seminis indicium.*
Pag. 4.	*primus nemo inſederat*	*Primus inſederat.*
	attendentes.	*adnuentes.*
	pertinere.	Abeſt.
Pag. 5.	*Sanguinis virtute*	Abeſt *virtute.*
	A verbis: *præcinctorium id nominavit*, usque ad Pag. 6. verba: *dedi non eſcam*	Lacuna in Codice.
Pag. 6.	*dentes eorum.*	*Dentes eius.*
	et ſcripturarum.	*Et qui ſcribturarum.*
Pag. 7.	*præbeat. regat.*	*Praebens. Regens.*
	alligans ad vitem pullum ſuum — Pullum hic.	Interjicit: *et ad palmitem pullum aſinae ſuae.*
	adfectus.	*adſtrictus.*
	Stolam ſicut caro.	Interjicit: *ſuam et in ſanguine uuae amictum ſuum.*
	amictus ſolus.	*amictus lotus.*
Pag. 8.	*intra ſe tolerat.*	*intra ſe iuſtus tolerat.*
	eam transferentes.	*eam ſtudia transferentes.*

Epiſtola II. Paulini.

ſicut credimus ſi te viſeret.	Abeſt *ſi te.*
ſaluabitur.	*ſatiabitur.*
nec te deſid. merentur.	*ne te. deſid. mereantur.*
conſuevi repulſæ.	Interjicit *numquam.*
Abeſt a calce.	*Gratia dei tecum ut eſt in aeternum maneat Frater in Chriſto unanime.*

De Benedictionibus XII. Patriarcharum.

Pag. 9.	*in ipſa eorum nativitate*	Interjicit *prima nativ.*
Pag. 10.	*vel mors.*	*vel mores.*
	vitis alienæ.	*uitis aliena.*

2026-05-06

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10177 page 4/5
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 847
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

	Editio.	Codex.
	dorſum ſuum non faciens.	*dorſum ſuum et non faciens.*
	genitrixue.	*genitrici ſuae.*
Pag. 11.	*cui iam primæ iuuentutis tempore obedierit.*	*qui eum primae iuuentutis tempore obſederit.*
	in conſilio eorum inuitentur viſcera mea. — Quantum.	*in conſilio eorum non innitantur uiſcera mea*, et additur Textus usque ad finem benedictionis.
	temeritate imprecatur.	*temeritatemque inprecatur.*
	per populos.	*per populum.*
	terræ promiſſionis non habuerunt.	*terrae propriam non haberent.*
	non inquit inuitentur	*non inquit innitantur.*
	occiderunt homines requiro	Interjicit: *et in cupiditate ſua ſubneruauerunt taurum.*
	Scriptum eſt bis ſub perſona.	*ſcribtum eſt ex perſona.*
Pag. 12.	*differentem.*	*diſſerentem.*
	lingua hebræa.	Abeſt.
	venatores autem quos alios putabimus in hoc loco laudabiliter accipiendos niſi.	*uenatores autem, quia in hoc loco laudabiliter puto accipiendos, quos alios putabimus niſi.*
Pag. 13.	*quæ in morte ignorantiæ.*	*quae in nocte ignorantiae.*
	excutit.	*extendit.*
	requieſcet.	*requieſcens.*
	pinguis eſt. — Etiam hic.	Interjicit: *ſubpoſuit humerum ſuum ad laborandum et factus eſt uir agricola.*
	quantum ad hiſtoriam.	*quantum ad hiſtoriae lectionem.*
	de quorum animabus in Canticis Canticorum dicitur.	*quorum animae in canticis canticorum dicuntur.*
Pag. 14.	*quia bona eſt, quia.*	*quia bona eſt, id eſt, quia.*
	reſpicientes.	*reſpiciens.*
	patientes.	*patienter.*
	ſed hunc iam in Juda.	*ſed hunc iam ab errore in Juda.*
Pag. 15.	*vnam tribuum.*	*una tribus.*
	in hoc loco iſte ſermo.	*in hoc loco iſte eſt ſermo.*
Pag. 16.	*opinionem.*	*opiniones.*
	cadat equus.	*cadat eques.*
	et vult cadere.	*et mauult cadere.*
	ne extollar.	*ne extollatur.*

2026-05-06

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10177 page 5/5

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 847

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

Editio.	Codex.
Pag. 17. *referre.*	*referri.*
Pag. 18. *abundare et eſurire.*	*abundare ſcio et eſurire.*
eodem modo qui	*eodem modo his qui.*
aut accipientibus.	*aut incipientibus.*
Pag. 19. *diffuſam intelligi.*	*diffuſam Nepthali intellegi.*
Filius ampliatus.	Sequitur totus textus Benedictionis.
Ampliatum ergo.	*Ampliatus ergo.*
expreſſiſſe.	*expreſſum.*
paſſus ſit id eſt.	*paſſus ſit deſignat in graeco.*
repreſſit parricidiale.	*repreſſerit paricidale.*
Pag. 20. *ergo etiam et ſaluator.*	*ergo etiam dominus et ſaluator.*
nobis licet.	*nobis ſi licet.*
Pag. 21. *depellens brachia.*	Interjicit: *et reſpuens.*
ad filium quæ.	*ad filium ea quae.*
recipit.	*accipit.*
a ſummo cælo et terra.	*a ſummo coeli et terrae.*
Pag. 22. *natura poteſt.*	*natura non poteſt.*
Pag. 23. *non ſolum vllam.*	*non ſolum nullam.*
id eſt eorum qui ſcientiam et opera ſublimia.	*id eſt qui in ſcientia et opere ſublimia.*
diuidet cibum.	Addit verba Textus biblici usque ad verba: *Et praecepit eis.*
in iis etiam.	*in his dictis etiam.*

Id demum obſervo, membranis Fragmenti *Evangeliorum* graecorum ſupra memorati averſis inſcripta eſſe vetuſtiſſima pariter et difficili manu Latina quaedam multum jam extrita, quorum initium: *Ad orandum abiere ne pluris* — —.

CCLXI. VI C. 8.

134 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 282. f. per duas columnas currente calamo exaratus, rubroque diſtinctus, ſed fine mutilus complectitur varia *Opuſcula Theologica*, quorum haec eſt indicatio: I. *Caeſarii* Epiſcopi Arelatenſis Scriptoris Sec. VI. *Homiliae* numero XII. hoc titulo miniato: *Ammonitiones Ceſarij Epiſcopi Arelatenſis.* Earum initia. Primae: *Exhortatur nos ſermo diuinus, ut credamus dum lucem habemus* &c. Secundae: *Quid ſalubritatis kariſſimi etiam in preſenti conferant ſancte occupationes* &c. Tertiae: *Inſtruit nos atque hortatur ſermo diuinus qualiter attingere debeamus* &c.

2026-05-06